Archiepiscopus civitatis Ravennae in die prima mensis Junii, quae tunc fuit V.a feria. Susceptus est ab omnibus cum honore maximo. Sequenti vero mense consecratus est in civitate ~~Faen~~ Ferentina a praedicto Apostolico in die SS. sanctorum Processi et Martiniani, quorum festum tunc fuit die Dominica. Et demum istud erat in quodam scrineo (post haec) Ecclesiae Ravennatis. De isto Archiepiscopo ita reperio, quod hic pono.

De Anselmo
Archiepiscopo LXXI.

Anselmus LXXI. ~~Hamel~~ Avelburgensis Episcopus. Huic successit, et ea die, qua Fridericus ab Adriano IIII.o coronatus est in Ecclesia sancti Petri, Pallium suscepit. Mortuus est in principio obsidionis Mediolani secunda feria, scilicet secunda die post festum Beati Laurentii sub annis Domini MCCXXVII.

De Guido
archiepiscopo LXXII.

Guido LXXII. Praesul.